

Band III., Nr. 814, Seite 309

Papst Gregor IX. nimmt den Meister und die Brüder des Hospitals in Esslingen, unter Bestätigung ihres dermaligen und künftigen Besitzes, in seinen Schutz.

Spoletto, 1232. Juni 12.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . magistro et fratribus hospitalis in Ezzelingen, diocesis Constantiensis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas et hospitale vestrum cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem terras, possessiones, redditus et alia bona vestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem hospitali auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

 Datum Spoleti, II. idus Iunii, pontificatus nostri anno sexto.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Mit anhängender Bleibulle, worauf einerseits GREGORIVS . *PP* . VIII. (E gerundet), andererseits die Kopfbilder mit den dazu gehörigen Inschriften.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 169 U 2

Überlieferung und Textkritik:

Original. Vidimus von 1438 April 24 mit deutscher Übersetzung auf Papier: StA Ludwigsburg B 169 U 79.

Regesten:

AUGUST POTTHAST (HRSG.): Regesta pontificum Romanorum inde ab anno post Christum natum MCXCVIII ad annum MCCCIV, 2 Bde., Berlin 1874-75, Bd. 1, Nr. 8951. UB Esslingen, Bd. 1, S. 8, Nr. 31 und S. 14, Nr. 59. TILMANN SCHMIDT: Die Originale der Papsturkunden in Baden-Württemberg: 1198-1417, 2 Bde., Vatikan 1993 (Index actorum Romanorum pontificum ab Innocentio III ad Martinum V electum, 6,1-2), Bd. 1, S. 58 f., Nr. 123.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Spoletto

Aussteller:

Gregor IX.; Papst

Ortsindex:

Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Spoleto, Umbrien, Italien